Reverendissimo in Christo patri ac domino .. domino meo Leodiensi licet indignus ac nullius
meritis astrorum sapientis sufficiencie sum reputandus, solari tamen causa cum magna
diligencia ac laboris instancia quibus eciam proxime preteriti Saturni et Martis
indicare et cum diversorum auctoritate philosophorum in diversis libris contentarum effectus compi-
lare proposui. Tum in dicte domino anno domini 1381 (?) impleta completa in Julio. 10
diebus ... prima et coniuncta 10 secunda post medie secundum tabulas illustrissimi
principis Alfonci regis Castelle eorum scilicet Saturni et Martis licet non sit tante
significationis ac si fuisset in cancro tamen aliquid de ea scribere dignum reputavi (?) ... antequam
aliquid dicam de hac quia ad philosophos primitus intendo hoc probabilius quod totus
iste mundus inferior a superioribus gubernatur quod probabilibus auctoritatibus
et experiencijs ad propositum meum sufficientibus declarare intendo. Et primo
auctoritate Aristotelis primo metheororum dicentis necesse est hunc mundum contiguum
esse lacionibus superioribus ut eius tota virtus gubernetur. Consimile hoc
esse conclusum est ab omnibus philosophis sic quod quilibet homo firmiter credere
debet quod omnia generabilia et corruptibilia a corporibus superioribus regantur, confirmantur
et sanantur. Secundo auctoritate Ptolomei in libro 100 verborum propositione 9 dicentis vultus
huius seculi subiecta sunt vultibus supercelestibus ita quod figura leonis
sculpta in auro luna exeunte fortunata in corde leonis curat dolore
stomachi et lateris. Hec Thebit in libro de impressionibus figurarum. Et
Haly super eadem propositione in suo quinto dicit quod quidam sapiens qui scorpii
punctum (?) curabat per sigilla impressa in quodam lapide vocato bezahar
hac in quo vultus sive ymago scorpionis insculpta existitat (?) concludit ergo (?)
quod corpora nostra a corporibus superioribus gubernantur et alterantur. Item diversas alteraciones quas
et aspectus dissimilitudes in ipsis contingentes videmus experimur quod secundum accessum
et recessum solis ad zenith capitis fit nobis estas et hyemps et cetera
tempora scilicet plante virent et destruuntur. Item quidam astrologus in
suo quinto super centilogium Ptolomei dicit se expertum fuisse quod bladum seminatum tempore
eclipsis lune non venit ad optimum profectum defectum virtutis lune. Et io atque
sapientes noverunt decursum temporum superiorum naturas et motus et eorum significaciones
ex diversis rebus. Quare quidam sunt periti quemadmodum videmus ex operacione
solis calores et lune operacione humiditatem et putrefactionem universalia apparent
invenimus explanare significacionem in revolucionibus annorum mundi et nativitatum quia
omnia vicina exponi possunt. Sed illa que raro contingunt sicut coniunctiones magne
in illis debemus stare dictis antiquorum et sentencie in suis libris descriptis

BIBLIOTHECA APOSTOLICA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1407/0013

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG